



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 118. Sancti Caroli a Deo protecti firmitas in hac occasione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Christi Domini verba: *Non turbetur cor vestrum*, præcinebantur. Sæcul. XVI.
A. C. 1569.

§. CXVIII.

Sancti Caroli a Deo protecti firmitas in hac occasione.

Musica ob hujus ictus strepitum interrupta una omnes non sine ingenti pavore accurrunt, solus autem Cardinalis nihil commotus cunctos ad sua loca recedere jubebat, atque orationem cum tanta animi tranquillitate, vultusque serenitate absolvebat, perinde ac si nihil funesti in eum fuisset motum: unde Parricida e Sacello evadendi spatium nactus, cum nemo eum inlequeretur, comprehendi haud poterat: Sanctus vero, quamvis nullum dolorem sentiret, se tamen letali vulnere affectum credebat, eodemque momento levatis ad cælum oculis Deo vitam suam in sacrificium offerebat, grates eidem rependens, quod ad defensionem justitiæ sanguinem suum profundendi occasionem acquisivisset: cum autem Deus luculento prodigio famulum suum protegere vellet, plumbeus globus, qui ad dorsi spinam impingebatur, non nisi ejus superpelliceum nigro colore tingens ad pedes Sancti procidebat, unica vero minor pila vestigio pannis impresso usque ad carnem pertingebat, quin tamen intus

Giuss. l. 6.

Sæcul. XVI.
A.C. 1569.

tus penetraret, sed duntaxat in extima cute exiguum tumorem nonnihil subobscurum relinqueret, quod non vulnus, sed potius Dei famulum suum in tam manifesto periculo protegentis signum erat.

§. CXIX.

Cardinalis a Governatore invisus, et que ejus preces ad ipsum.

Hoc prodigio universa Mediolanensis civitas in admirationem rapietur, ipse vero Albuquerque Dux, qui tum urbis Governator erat, suam de tam nefando facinore indignationem testatam reddebat, nullaque mora ad Archiepiscopale Palatium accurrens Carolo suum dolorem manifestabat: in super omnem suam operam pro ipsius securitate offerebat, moxque locum, unde sclopetum fuerat exoneratum, nec non globum, rochetum, & vestes, quas pila trajecerat, lustrare voluit, sanctumque Carolum rogavit, ut suos domesticos interrogari permetteret, quantum de tam atroci scelere major certitudo haberi posset: præterea Archiepæsuli obtulit, quod in ejus Palatio quosdam satellites relinquere vellet, qui aditum observarent, cunctaque ejus vite insidiandi media impiis præscinderent.

Verum Sanctus Archiepiscopus obpiam voluntatem, ac obsequia humili-